

EXEQVIAS  
*VIRI*  
*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimique*  
*DOMINI*  
**GEORGII**  
**BEHMI.**

*Consulis apud Thorunenses Gravissimi,  
 Meritissimi,*

*Anno CICCCXIII. D. 25. Mens. Octob.*

*rebus mortaliis*

*Morte inopina, beata tamen*

*erepti,*

*Pio quod dicunt cultu condecorare  
 iustisque lacrymis ex debita observantia prosequi*

*voluit, debuit*

**HENRICUS REICHEL Gym. Coll.**



THORUNI,  
*Impressit Ioan. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus*



**Q**Uam nihil prorsus miseri caducæ  
Hospites terræ? nimium fugaci  
Sæpe credentes dubiæque sorti,  
Inquit Jobus. \*

Calculum Psaltes Veteris Propheta  
Codicis David (\*\*) superaddit, ipsa  
Paginâ sacris variisque dictis  
testificante.

Vera quid multis sat ago probare?  
Indies ingens Adamigenarum  
Monstrat eventu (satis est!) caterva

Hic & ubique.

Regium sumit Diadema mortis  
Dura crudelis manus, atque egenis  
Pauperum tectis, simul ac jubetur,

Parcere nescit.

Non juvat quicquam Pietas, nec nullus  
Numinis cultus, neque liberare  
Jura noverunt sacra, nec Galeni

Dogmata Magni.

Sive

(\*) C. VII. 6. 7. C. IX. 25.

(\*\*) Ps. XXXIX. 6. 7. 18. XC. 5. 9.

*Sive quis multas per agrare terras  
Barbaris mixtas populis studebit,  
Sive se Ponti trepidum dolosis*

*credidit undis.*

*Quemlibet tandem Lybitina, membris  
Corporis cogit positis, statutâ,  
Quam DEV Snovit metuendus, horâ*

*Ire sub umbras.*

*Ergo, cum nil sit stabile atque firmum,  
Cumque mors atrox pede pulset æquô  
Omnium portas, vigilare cuncto*

*Tempore fas est.*

*Hæc probe nōsti, PIE CONSUL Urbis  
Inclutæ BEHMI, quoniamque nōras  
Corde spernebas vigilante mortem*

*nocte dieque.*

*Quæ TIBI quamvis inopina venit,  
Attamen conspersæ animæ nocere  
Haud potest quicquam roseô suävis,*

*Sangvine Christi.*

*Lætus hem gestis sine fine vitæ,  
Atque Sanctorum frueris beato  
Semper amplexu Seraphimque septus*

*undique turba.*

*Faxit*

*Faxit Aeternum quoque Te sequamur  
Numen e terris ubi nos migrare  
Jusserit laetos, nitidit enentes*

*Gaudia Cœli.*

*Est quidem multis Tuamors dolenda,  
Atque vix siccis memoranda verbis,  
Dum proba in primis Probus Ipse jura  
Sæpe dedisti.*

*Interim Candor, Tua Virtus atque  
Æqua Mens, cūvis satis ac abunde  
Nota, apud cives celebrata durat*

*Tempore quo vis*



Inv. 113036

K. fol. 3 adf. 47

Sedru